

SPINNEN

VAN

JAVA, SUMATRA en CEYLON,

voor den Heer J. R. H. NEERVOORT VAN DE POLL door den
Heer J. Z. KANNEGIETER aldaar verzameld;

BEWERKT DOOR

Dr. A. W. M. VAN HASSELT.

De rijke verzameling van Araneïden, door den heer Kannegieter op Java, Sumatra en Ceylon bijeengebracht, evenaart, ja overtreft zelfs die der vermaarde Expeditie in Midden-Sumatra, waarvan de resultaten door de even talentvolle als onvermoeide zorgen van den Hoogleeraar Veth zijn gepubliceerd (zie voor de Araneae: *Nat. Hist.* 11^e afd. A). Een woord van waardeering daarvan moge alzoo voorafgaan aan ons geacht medelid, trouwens reeds op ons terrein zoo gunstig bekend, wegens zijn voortreffelijken arbeid over het collectioneren in de heete gewesten (*Tijdschr. v. Entomol.* XXXV, 1892, blz. 59). Ten gevolge der groote moeilijkheid in het vangen en vooral het conserveren van spinnen in de Tropen, verkrijgt men veelvuldig tal van beschadigde, verweekte en afgewreven voorwerpen. Hierop maakten de zijnen in het algemeen eene loffelijke uitzondering. Evenzoo ontvangt men niet zelden een mengelmoes van de meest heterogene soorten bij elkander; ook dit werd door hem vermeden, zijnde in den regel de voornaamste voorwerpen, dikwijls zelfs met mij verrassende onderscheiding der soorten, afzonderlijk gehouden. Van verscheidenen werden de individuen in

groot aantal aangetroffen, waardoor men te beter voorkomende varieteiten leert opmerken en voor eene collectie de fraaiste specimina kan uitkiezen. De vindplaatsen waren met buitengewone nauwkeurigheid op in de flesschen en buisjes aanwezige etiquetten aangegeven, zelfs met de ± berg-hoogte er bij. In mijne hieronder volgende lijst heb ik eehter de bijzondere landstreken niet aangegeven, maar slechts de eilanden genoemd. Het is alzoo niet ondienstig, te dezer plaatse te vermelden, dat de spinnen van Java gevonden waren te Buitenzorg (1000 v.), Tji Salimar (3000 v.), Pengalengan (4000 v.) en Papandajan (6000 v.), de drie laatsten in Zuid Preanger. Voor Sumatra werden als vindplaatsen opgegeven, op de Oostkust, Bedagei (600 v.), en verder, in het Palembangsche, Batoe Radja (200 v.), Muara Doeä (400 v.), Bandar (1000 v.), Tandjong Djati (2000 v.), Pangeralaam (3000 v.) en Mana Riang (3000 v.)¹⁾. Voor Ceylon wordt uitsluitend melding gemaakt van Belihul Oya.

Dat bij de vangsten van den heer Kannegieter, — waaronder wellicht een duizendtal duplicates, zij het echter voor een groot deel van immaturae, voorkwamen, — niet alleen het « multa », maar ook het « multum » is bereikt, moge uit den catalogoözelven blijken. Tal van rarae en rarissimae, zelfs extraordinariae, even als enkele novae (?) staan daarin vermeld. Met uitzondering der Dysderoïdae, der Drassoïdae, Agalenoïdae en enkele andere exceptionele, waren ten minste alle hoofd-familien vertegenwoordigd. Onder dezen namen de Epeiroïdae, als naar gewoonte, de eerste plaats in wat getalsterkte betreft, waarbij de Gasteracanthiden zoo door talrijkheid als verscheidenheid en gedeeltelijk ook door zeldzaamheid uitblonken. In de Familie der Lycosoïdae was het betrekkelijk groot cijfer van soorten uit de subfamilie der Cteninae opmerkelijk. Buitengewoon belangrijk waren de meeste voorwerpen uit Ceylon verkregen, van welk eiland mij te voren nimmer specimina onder de oogen waren gekomen (zie n°. 2, 6, 32, 34, 42,

1) Voor Sumatra zijn ook de vindplaatsen der bijgekomen, in het *Naschrift* vermelde, soorten hier nog kunnen worden opgenomen.

43, 46, 47, 48, 51, 60, 70, 74, 78, 79, 82, 83, 88, 89,
95, 96, 101 en 102). Doch ook op Java en Sumatra werden vele merkwaardige vangsten gedaan (zie daarvoor n°. **1, 3, 17, 26, 27, 52, 53, 55, 57, 62, 63, 64, 68, 71, 81, 92, 95 en 100**). Als «would be» novae in deze verzameling¹⁾ heb ik voorgesteld *Meta quadripenicillata* ♀, — *Ctenus Pollii* ♂ et ♀ (?), — *Ctenus argentipes* ♂, — *Maevia roseo-limbata* ♀, — en een bijzonder fraaien *Hyllus* (?) ♂ (zie daarover n°. 33, 84, 85, 86, 91 en 99). Aan den eerstgenoemden *Ctenus* onder dezen heb ik gemeend den naam te mogen verbinden van den even begaafden beoefenaar als vrijgevigen voorstander der entomologie, den heer Neervoort van de Poll, aan wien deze collectie haar ontstaan verschuldigd is.

Bij mijn onderzoek heb ik op twee punten tegenspoed ondervonden. Vooreerst dat mij, in de zoo specifieke Ceyloneesche groep, geen enkel exemplaar, tot de op dat eiland vooral inheemsche, zoo afwijkende onder-familie der Miagrammopinae van Cambridge, zoogenaamd «met vier oogen» (later zijn er vier andere, microscopisch klein, door Bertkau en Simon ontdekt) behorende, is voorgekomen. — En ten tweede, dat het niet is mogen gelukken, onder de zoo menigvuldige individuen der, vroeger zoo zeldzame, door Kannegieter buitgemaakte *Calommata sundaica* Dol., zoals ik gehoopt had, een mannelijk voorwerp, ware het ook in onrijpen toestand, aan te treffen (zie vooral over deze merkwaardige soort het in n°. 57 medegedeelde).

Trouwens in deze verzameling vond ik op nieuw bevestigd de betrekkelijk geringe hoeveelheid der vangsten van mares, althans van talrijke tropische species. Bij de hier in zoo grooten getale aanwezige Gasteracanthiden bevond zich weder geen enkel mas. Hetzelfde negatief resultaat verkreeg ik verder voor de overigens talrijk vertegenwoordigde geslachten *Argiope*, *Nephila*, *Nephilengys* en *Atypus*.

Dat, niet op dit punt, maar zeker bij sommige naamsbepa-

1) Zie daarover nog 3 à 4 andere soorten, onder n°. 110, 115, 116 en 117 in het Naschrift vermeld.

lingen, onjuistheden door mij zijn begaan, zou mij volstrekt niet verwonderen. Ter verontschuldiging moge dienen de ontzaglijke uitbreiding der literatuur over de tropische Araneïden, bij het gemis, voor zeer vele soorten, van gekleurde platen.

Voor de als altijd onschatbare inlichtingen en raadgevingen, van mijne hoogvereerde leermeesters Simon en Thorell ontvangen, omtrent enkele zeldzame voorwerpen, zij hun, bij vernieuwing, ook te dezer plaatse mijnen hartelijke dank aangeboden.

EPEIROIDAE sive EUETRIOIDAE Th.

1. **Plectana arcuata** Fabr. (Dol.) ♀ = *curvicauda* Vauth. (Wlk.). — Java.

2. **Plectana remifera** Butl. ♀. — Ceylon.

Perrara, huic insulae propria. Indolem «specificam» hujus *Plectanae* Karsch, perverse, negat. Conf. de illâ Butler, *Monographic List of Gasteracantha*, Pl. iv, f. 5.

3. **Plectana globulata** Wlk. ♀. — Sumatra.

Huic *clavatrix* Wlk. in multis convenit; quoque analogâ *claveata* Cbr., sed haec plus ab iis discrepat.

Valde rara. In duobus exemplaribus adest.

4. **Plectana praetextata** Dol. (*typica* Dol., non Wlk.) ♀. — Java, Sumatra.

Uti tres praecedentes cono ventrali caret. Non sat certus sum de ejus synonymis; Thorellio, ultimo tempore, pro *Plectanâ Hasseltii* C. K. habetur (*Studi*, IV, 1, p. 70).

Sat communis. Multa adsunt exemplaria.

5. **Gasteracantha Mengei** Keys. ♀. = *Malayensis* E. S. — Sumatra.

Valde illae analogâ mihi videtur *quadrispinosa* Cbr.

Sine spinis posticis. Confer ejus figuram in Simonis *Hist. Nat. d. Ar.*, 1864, p. 285, f. 130.

Perrara. In duobus magnis exemplaribus.

6. **Gasteracantha geminata** Fabr. (C. K.) ♀. — Ceylon.

Sed parum diversa a *connatá* Butl., hac forsan modo variante colore profundiore vittarum transversarum.

Spinis lateralibus, apice excepto, concretis; inde ad subgenus *Collacantha* ducta. Confer pro figurâ C. K. *Arachniden*, Bd. IV, f. 260, ut et Simonis opus citatum, f. 128.

Valde rara; quoque fere specifice Ceylonica.

7. **Gasteracantha Sturii** Dol. ♀. — Sumatra.

Fere = *pseudoflava* E. S. ut et forsan *Sumatrana* Butl.

Spinis lateralibus intermediis solito crassioribus, fere cylindraceis, magis obtusis et pilosis.

Minus communis.

8. **Gasteracantha fornicata** Fabr. ♀. — Java.

Affinis *transversae* C. K.

Sat communis.

9. **Gasteracantha vittata** Thor. ♀. — Java.

Taeniatus Wlk. analoga. Quia plures *Gasteracanthae* vittis transversis ornatae sint, haec denominatio facile in errorem ducere potuit.

Quoque minus rara, saltem insulâ dictâ.

10. **Gasteracantha milvoïdes** Butl. (Cbr.) ♀. — Java.

Plus minusve analoga *G. Westringii* L. K., non huic secundum Keyserlingii figuram. Spinis longis lateralibus directionis et curvatura variantis; interdum his in *G. unguicorni* Butl. accedunt.

Minus rara.

11. **Gasteracantha dicallina** Butl. ♀. — Java.

Respicere spinas posticas longas et insolito modo rectas et parallelas.

Valde rara.

12. **Gasteracantha flavomaculata** Keys. ♀. — Sumatra.

Non sine analogia cum *G. sylvestri* E. S. Confer Keys. *Beiträge z. K. d. Orbitelae*, Tab. xix, fig. 8.

Quoque rarior.

13. **Gasteracantha**, an **Wealii** Cbr. ♀. — Java. (?).

Minus quoad habitum generalem, sed pro picturâ, sub-similaris *G. lugubri* L. K.

De *Wealii* spinis (omnibus parum longis et aequalibus ut in *Isacanthis*) Cambridge recte monet: « Ending in a sharp point, but are not of the distinctly inverted nail-form », — uti in tribu *mammosâ* s. *Thylacantha*. Hanc ob rem, illam, si nondum denominata fuerit, *G. pseudo-thylacantham* dixissem. Confer Cambr. « On the genus *Gasteracantha* » in *Proceed. o. t. Zool. Soc. o. London*, 1879, p. 290.

Exemplar unicum.

14. **Gasteracantha brevispina** Dol. ♀. — Java.

Anne quidem = *suminata* L. K.?

Ceteroquin multopere variat; inde diversa ejus cognomina. De hisce confer Thorell, *Studi*, IV, 1, p. 63.

Communis. In permultis exemplaribus.

15. **Gasteracantha mediofusca** (*typica*) Dol. ♀. — Java.

An quidem summo jure quoque pro « varietate » praecedentis habita?

Multo minus communis.

16. **Gasteracantha**, an **cuspidata** C. K. ♀. — Java. (?).

Uti n°. 14 et 15 absque dubio itidem ad subgenus *Stanneoclavis* (Butl.) s. *Thylacantha* (mihi) pertinet.

Scuto abdominali fere sine picturâ.

Perrara.

17. **Cyrtarachne coccinella** Thor. ♀. — Sumatra.

Hucusque numquam a me visa. Primo adspectu novam credidi et *C. coccinelloides* nominare volui. Dein eam jam descriptam vidi Thorellio, in ejus *Aracnidi di Nias* etc., 1890, p. 32.

Nostrum exemplar, tote flavescens, in dorso abdominis insignitur 16 maculis nigris, rotundatis, quarum anticae et posticae geminatae.

Extraordinaria!

18. **Argiope catenulata** Dol. ♀. — Java.
 = *opulenta* Thor. Confer *Eugen. Res. Arachn.* I, p. 28.
 Iis quoque valde affinis, — si non similis, — mihi videtur *A. Pelewensis* L. K., *Ar. Australiens*, Tab. xi, fig. 2.
19. **Argiope Doleschallii** Thor. ♀. — Java.
 = *trifasciata* Dol. et verosimiliter = *Reinwardti* Dol.
 Permagna exemplaria, pedibus vero laete rufis, late nigro annulatis.
20. **Argiope pulchella** Thor. ♀. — Java, Sumatra.
 Pedibus totis e fusco nigricantibus.
21. **Argiope** ♀ jun. An praecedentis var.? — Java, Sumatra, Ceylon.
 Pedibus laete fuscis, ad basin pilorum quasi nigro-punctatis.
22. **Argiope versicolor** Dol. ♀. — Sumatra.
 An = «*Nephila*» *ornata* Blw.
 NB. Sat difficilis mihi videtur diagnosis differentialis inter hanc et praecedentem speciem, ut et *Anasujam* Thor. (E. S.), — *taprobanicam* Thor. (Cbr.), — et *ornatam* Blw. Confer de illis i. a. Thorell, *Ragni Birmani*, 1887, p. 160.
23. **Argiope pumila** Thor. ♀. — Sumatra.
 A praecedentibus *Arg.* speciebus, in habitu generali, toto coelo diversa. Ejus dorsi abdominis color viridis alcoholē fere deletus.
 Qnam rarissima. Exemplar unicum.
 NB. De speciebus, sub 19, 20, 21 et 22 notatis, permulta aderant exemplaria, plerumque vero immatura et partim mutilata.
24. **Herennia multipuncta** Dol. ♀. — Java.
 = ejus *ornatissima*.
 Sat communis. In paucis autem exemplaribus.
25. **Epeira anseripes** Wlk. ♀. — Sumatra.
 = *Cyclosa (Cyrtophora) melanura* E. S., *insulana* Costa (Th.) et ut mihi videtur = *trituberculata* Luc.
 In duobus exemplaribus, partim mutilatis.

26. **Epeira thomisoïdes** Dol. (non Dufour) ♀. — Java.
 = *Laglaezi* E. S. et *thelura* Thor.
 Color dorsi abdominis flavescens in alcoholle fere tote
 evanuit.
 Perrara.
27. **Epeira nox** E. S. ♀. — Sumatra.
 = *pilula* Thor.
 Valde rara; ut et n^o. 26 mihi antea nunquam provenit.
28. **Epeira Sydneica** L. K. ♀ (?). — Java.
 Confer *Aran. Austral.* II H., Tab. XIII, fig. 4.
 Inter alia autem differt pedum annulis latis atque ven-
 trali picturâ migrâ speciali (spathaeformi).
 Quoque rara.
29. **Epeira** ♀ immatura. — Sumatra (?).
 Medium tenet inter nostram *patagiata* Clk. et *cor-
 nutam* Clk.
 Inter alia vero diversa sterno, in medio, longitudina-
 liter, late sed non distinete, flavo fasciato.
30. **Epeira** ♂ junior. — Ceylon (?).
 E. Isabellae Vinson subanalogia.
34. **Meta (Argyropepeira) Celebesiana** Wlk. ♀. — Sumatra.
 Sed parum differt a *nigro-trivittata* Dol.
 Exemplaria multa et pulchra.
 Sat communis.
32. **Meta fastigata** E. S. ♀. — Ceylon, Sumatra.
 M. fastuosa Thor. affinis.
 In tribus exemplaribus, quorum duo minus bene con-
 servatis.
 Basi abdominis conicâ, alte supra thoracem proemi-
 nente. Pedibus simbriatis, sed solummodo ad tibias paris IV.
 Sat rara.
33. **Meta quadripenicillata** ♀ nov. sp. — Sumatra.
 Formae, praesertim quoad conum praebdominalem,
 praecedenti similaris. Itidem, magisque adhuc, affinis
 videtur *Metae (Epeirae) coccineae* Dol. (L. K.). In nostris

autem exemplaribus tibiae non solum IV paris, sed et I paris, dense et sat longe, in earum parte metatarsali, sunt fimbriatae aut penicillatae, non sine magnâ analogiâ morphologicâ cum his in vera *Nephila plumipede* C. K. Porro scutum abdominis insignitur, ad basin et ad latera, colore albo argenteo, — ad apicem, nigro, striis paucis albis comitato, — in medio (pro maximâ parte) aurantiaco rubro; ventre nigricante, praeter parvas maculas singulas laterales flavescentes, in medio fere, striâ transversâ, hâc vero evanidâ, quoque aurantiacâ, notato.

In quatuor exemplaribus aderat.

34. **Tetragnatha geniculata** Karsch, ♀. — Ceylon.

« Arachn. v. Ceylon » in *Berl. Ent. Zeits.* XXXVI (1891), p. 286.

Etsi quoque ex hacce insulâ, *T. Ceylonica* Cbr. a nostrâ nimis differt,

Pro *geniculata* i. a. respice duas singularum macularum nigrarum series in dorso abdominis, praesertim versus apicem perspicuas.

Valde rara.

35. **Nephila maculata** Fabr. ♀. — Java, Sumatra.

36. » .» » » — Ceylon.

37. » » » ♀♀ juniores. — Java, etc.

Omnibus in numerosis exemplaribus diversae aetatis et conservationis.

38. **Nephilengys Malabarensis** Wlk. ♀. — Sumatra.

39. » » » » — Ceylon.

40. » » » » — Sumatra.

Valde nigra. Eam varietatem «mauram» dicere vellem.

41. » » » » ♀♀ juniores. — Sumatra, Ceylon.

Quoque omnibus in permultis speciminibus plus minusve maturis.

42. **Cryptothelae verrucosa** L. K. Anne ♀? — Ceylon.

Tam pro Kochii figurâ, quam pro ejus descriptione, quoad oculuationem, tibias nodosas, colorem etc. huic nostrum exemplar sat convenit. Confer *Ar. Austral.* I, p. 240, Tab. xx, fig. 2. Oculis duobus seriei mediae ceteris parumper majoribus; tibiis inflatis; colore fusco-rubro. Certe non multum differre videtur de *Ceylonica* Cbr. (*Proceed. o. t. Zool. Soc. o. London*, 1877, p. 563; ejus figura autem Pl. LVI, fig. 4, multo minus quadrat cum hac *verrucosae*), ut et de *Sundaica* Thor. (*Aracn. d. Pinang*, 1890, p. 44). Quarta quae descripta est congenera nostrae valde singularis araneae, nomen accepit *C. cristata* E. S. (*Extr. d. comptes-rendus d. l. Soc. Entom. d. Belgique*, d. 4 Oct. 1884, p. 6). Hujus vero « crista » cephalothoracica in nostro exemplari deëst. Confiteor, in casu, signa characteristica differentialia hic minus facile indagari posse, quia hocce genus, ut de novo patet ex nostro specimine, saepe obiectum esse potest limo (nobis « leemaarde ») fusco-rubro, toto ejus corpori adhaerente. Idem mecum observaverunt Cambridge, Thorell et Simon: « This example was much disfigured by dirt and dust accumulated and retained by its curved bristly armature » (Cambr.); — « Ut abdomen, sternum et pedes, materiâ terreâ, cinereo-fuscâ quadam (luto?) tectus est cephalothorax » (Thor.); — « Elles s'enfoncent parfois dans la boue, comme les particules terreuses, qui recouvrent toujours leurs téguments, semblent l'indiquer » (E. Sim. *Hist. Nat. d. Ar.* 2 édit. p. 422. Ibi quintam figurat speciem, *C. Marchei*).

Unicum exemplar, palpis carens.

Extraordinarie rara!

THERIDIIDAE.

43. **Phoroncidia Thwaitesii** Cbr. ♀. — Ceylon.

Primo adspectu pulcherrimam hanc araneam habebam

pro specie novâ, analogâ meae *P. acrosomoüles* (*Midden-Sumatra-Expeditie*) cum sex spinis. Hancce (cum novem) ideo *P. « novem-aculeatam »* nominare volui. Posthac mihi patuit, ejus descriptionem et figuram jam perfecte Cambridgeo datas fuisse in *Proceed. o. t. Linnean Soc., Zoology*, Vol. X, 1869-70, p. 270, Tab. 9, fig. 17.

Ejus colore laete rubro in alcohole non deleto.

Extraordinaria !

PHOLCOIDAE.

44. ***Pholcus elongatus*** Vins. ♀. — Java.

Specimen defectum, abdome exsiccato, hujus vero pictura foliiformis adhuc satis dignoscenda.

45. ***Pholcus (Artema) sisyphoïdes*** Dol. ♀. — Ceylon.

= *Borbonicus* Vins.

Ambo minus rari.

ZODARIOIDAE.

46. ***Storena (Habronestes) Bradleyi*** Gbr. ♀ jun. — Ceylon (?).

Confer Cambridge « Description of new species » in *Ann. a. Mag. o. Nat. Hist.*, vol. III, 4. Ser. (1869), p. 56. Anne ejus *maculata*? (*ibidem*). Quoque in dubio versor de Thorellii *S. rufescente* (*Studi etc.* III, p. 188).

HERSILIOIDAE.

47. ***Hersilia Sumatrana***. Thor. ♀ var. — Ceylon.

Minime plane certus sum de differentiâ inter hanc et *Cellobensem* Thor., quâcum specimen nostrum in multis quoque convenit, ut et cum figurâ *H. Savignyi* Luc. (E.S. l. c. p. 440).

Confer autem Thorell, *Ragni Birmani*, p. 80.

In nostro individuo unico pedes sunt sed parum distincte annulati; femoribus par I et II, antice, partim nigro-lineatis.

Rara.

PALPIMANOIDEAE.

48. **Pachypus (Steriphopus E. S.) MacLeayi** Cbr. ♂♀. —
Ceylon.

Aranea parva sed pulchra, eximie conservata, in sexu utroque. Genus peculiare, ad hoc *Othiotops* MacL. accedens.

Specimina nostra ex omni parte descriptioni et figuris Cambridgei respondent; confer illius «On some new genera, etc.» in *Proceed. o. t. Zool. Soc. o. London*, 1873, p. 416, Pl. XII, fig. 2. Attendas ad oculacionem; duobus oculis anticis nigris relative permagnis, reliquis minimis; ad pedum structuram, praesertim in pare I; ad mamilularum exiguarum numerum, modo duarum, etc.

Ne commutes cum, nomine Familiae et colore rubro analogo, *Palmimano haematino* C. K., hac Graeciae incolâ.

Extraordinarie rarus.

THERAPHOSOIDEAE.

49. **Selenoscomia Javanensis** Wlk. (Dol.) ♀. — Java.

Parvum exemplar, partim abrasum. Ejus lunula thoracica minus distincta.

50. » » » ♀ junior. — Ibidem.

An sit revera = *Mygale javanensis*, « *femina junior* » Dol. (Tab. III, fig. 5), affirmare non audeo. Forsan ad aliam *Theraphosam* duci debet.

De hacce ac praecedente plura aderant exemplaria, omnibus adhuc immaturis. Hisce nullus ♂ interfuit.

51. **Scurria (Poecilotheria) fasciata** Latr. (Wlk.) ♀. — Ceylon.

Hujus Theraphosidae, — pro insulâ dictâ specificae, — criteria nostrae aranceae exacte respondent. Primo adspectu tamen in dubio versatus sum, quum in ejus descriptionibus mihi obviis mentio non facta sit de 4 lineis nigricantibus in lateribus abdominis, inde a fasciâ dorsali typicâ ad ventrem in nostro specimine decurrentibus. Deinde e contra has lineas, quasi zebraneas, etsi parum expressas, dignoscere potui in duabus ejus figuris, scil. apud Hahn, *Monogr. d. Spinnen* in 4to (1820), Pl. 1, fig. 1, et apud C. Koch, *Die Arachniden*, Bd. II, fig. 157.

Exemplar pulchrum, respice i. a. pedum latam annulationem niveo-albam, in primis subtus.

Extraordinaria.

52. **Cyrtachenius** ♀. — *An montanus* Thor. (?). — Sumatra.

Habitu generali sat similaris mihi quoque videtur *Atmetochilo fossori* E. S.

Rarus.

53. **Ischnocolus inermis** Auss. (E. S.) ♂. — Java.

Rarus.

54. » ♂, praecedenti non aequus, sed valde affinis.

Attamen i. a. bulbus genitalis tantillum variat, ac mandibularum unci laetius rubescunt.

55. **Atypus javanus** Thor. ♀. — Java.

Sed perparum mihi a typico *pieceo* Sulz. differe videtur.

56. » » pulli.

Ambo in numerosis exemplaribus, diversae aetatis, absque maribus.

57. **Calomma ta sundaiaca** Dol. ♀. — Java (solummodo Buitenzorg).

58. » » » » pulli.

Hujus speciei, a Doleschallii tempore inde usque ad annos ultimos « rarissimae », permulta aderant exemplaria matura (26)!

Confer quae de hac Theraphosoidà singulari scripsi, tam quoad diagnostin, — inter alia in « Araneae Archipelago Malayano » (*Zool. Ergebnisse in Niederl. Ost-Indien*, von Prof. Max Weber, 1890, p 200), — quam quoad ejus domicilium et vivendi methodum, secundum observationes accuratas et momenti plenas collegarum nostrorum J. Z. Kannegieter et Dr. J. C. C. Loman, qui eam quoque in multis specimibüs (20), dictâ insulâ (Zuid Preanger) cepit (*Tijdschr. v. Entomol.* XXXIV, 1891; verslag blz. cix).

NB. Valde dolendum, inter tot individua (46) nullum interfuisse marem! Igitur nunc temporis solummodo pro hoc sexu « species rara » dici potest.

HETEROPODOIDAE.

59. **Heteropoda venatoria** L. ♀, cum sacco ovorum. — Java, Sumatra, Ceylon.

In plus quam 50 exemplaribus, plerumque immaturis, variae aetatis; nullus e contra aderat mas matus!

60. **Heteropoda thoracica** C. K. ♂ — Ceylon.
= *Olios lunula* Dol.

Abdominis pedumque descriptio, tam Doleschallio quam Thorellio data, non in omnibus exakte huic et sequenti exemplari respondet.

N.B. Ut cephalothoracis pulchram picturam melius observes, prudenter siccanda est.

61. » » ♂ var. — Sumatra.

Cephalothoracis pictura ac conformatio cum his praecedentis magis convenient, quam quidem abdominis. Ambae pulchre conservatae inter plura exemplaria immatura et defecta.

62. **Heteropoda (Sparassus) Boiei** Dol. ♂. — Sumatra.
= *H. flavimana* E. S. (Thor.).

In magno et optime conservato exemplari. Confer i. a pro illâ Thorell, *Studi*, IV, 1, p. 31. Secundum Simonis opinionem ad genus *Panderces* appropinquaret.

Perrara.

63. **Olios (Palystes) pinnotherus** Wlk. (L. K.) ♀. — Sumatra.

Sat similis *Ocypeti nobili* C. K. (non *Saroti nobili* L. K.).

Praeter ejus picturam, in primis subtus, respice mandibulas, supra, eleganter ad longitudinem albo-lineatas.

In unico pulchro exemplari.

64. **Olios (Panaretus) ignichelis** E. S. ♀ cum sacco ovolorum. — Java.

Attendas ad mandibularum nigrarum indumentum characteristicum; iis pro dimidiâ parte (basali) pulchre et dense ex aurantiaco-flavo pilosis.

In pluribus exemplaribus.

65. » » ♂. — Ibidem.

Fere $\frac{1}{3}$ a $\frac{1}{2}$ minoris longitudinis.

Conformatio ac picturâ sat aequalis his in feminâ. Insuper notatur stria mediana albo-flava in medio ad partem abdominis basalem, et maculis sat latis nigrofuscis, supra, ad partem femorum coxalem.

Palpi, ut credo nondum descripti, processum nigrum tibialem externum habent cum forti mucrone transverso, leviter sursum curvato, ita ut late bifidus aut bidentatus appareat. Ejus bulbo, ordinario, aliquantulum validiore, infra, versus basin, dente semipellucido rubescente insignitur.

Saltem hucusque, rarus.

66. **Sarotes procerus** L. K. ♂ (?) nondum plene maturus. — Sumatra.

Confer *Ar. Austral*, Tab. LIV, fig. 4 et LV, fig. 1.

Minus rarus videtur; plura aderant exemplaria juniora, ut et sequentis, sed pro majore parte defecta.

67. » » ♀ quoque immatura. — Ibidem.

Ambo vero, habitu generali, mihi magis ad genus *He-*

teropoda accedere videntur, non sine analogia cum *H. submaculata* Thor.

68. **Sarotes impudicus** Thor. ♂. — Sumatra.

Conf. Thorell, *Ragni Birmani*, p. 241.

Palporum bulbo, subtus, insolite complicato, fusco-nigro piloso, permagno.

Rarus. Modo in uno specimine.

69. **Olios Lamarckii** Latr. (E. S.) ♀ var. — Sumatra.

Anne quidem = *O. captiosus* Wlk. (Vinson)?

Solito multo minus laete pictus.

In uno magno exemplari.

70. **Olios senilis** E. S. ♂. — Ceylon.

Respice metatarsos nigros longe luteo-pilosos, scopulasque nigras valde densas et longas. Ceteroquin nostri speciminis unici pictura (e. g. pro colore cephalothoracis et sterni ut et pro pedum annulis) non parum differt a descriptione, solummodo pro feminâ, quoque Ceylonicâ, datâ (E. Simon, *Révision des Sparassidae*, p. 83).

71. **Delena (Tychicus** E. S., **Zatapina** Karsch) **plumipes**
Dol. ♀ jun. — Java.

Planities corporis extraordinaria perfecte distincta, color vero viridescens evanidus.

Mihi minime elucet ratio, cur Karsch hanc areneam ad Fam. Clubionidae refert!

Unicum specimen, pedibus partim mutilatis. Genitale indistinctum.

THOMISOIDAE.

72. **Platythomisus octomaculatus** C. K. ♀. — Java.

= *phrynidiformis* Dol.

Duo exemplaria quam optime conservata.

Nec rarus, nec communis.

73. **Pistius (Daradius) spectabilis** Dol. ♀ jun. — Sumatra.

Anne *annulipes* Thor? Pedibus in nostro quoque luteo-albis, late non crebro rubro-fusco annulatis.

Minus rarus.

LYCOSOIDAE.

74. **Dolomedes albocinctus** Dol. ♀ jun. — Ceylon.

Valde ei affinis mihi videtur *D. albicomus* L. K.

75. » » ♂ immat. — Java.

Exemplar magis abrasum. Ad nostrum *D. riparium* H. accedens.

76. **Lycosa serrata** L. K. ♀. — Sumatra.

77. » » » ♂. — Ibidem.

Conf. *Ar. Austral.* I, Tab. 80, fig. 5 et 6.

78. **Lycosa Simonis** Thor. ♂ fere maturus. — Ceylon.

Plus minusve analoga *Hippasae Greenalliae* Blw., hujus insulae.

Respice sternum testaceum cum linea sive fascia longitudinali mediâ valde distinctâ, nigerrimâ. Conf., sub *Diapontia*, Thor., *Ragni Birmani*, p. 301.

79. **Lycosa lanca** Karsch, ♀ var. — Ceylon (?).

Cum indumento magis cinereo.

Nostrae *pictae*, in primis pro abdомine, subsimilaris, sed haec minor et tenerior.

80. **Lycosa** species ♀. — Java (?).

Quoad cephalothoracem saltem nostra *nigriceps* Thor. illae analoga. Pedum vero abdominisque colore huic multo laetiore.

81. **Leptoctenus agalenoïdes** L. K. ♀ var. (?). — Sumatra.

Confer, pro mare (solum descripto), *Ar. Austral.*, II H. S. 994, Tab. 87, fig. 1. Hic autem nostro exemplari minor est, picturâ quoque abdominali aliquantulum diversâ.

82. **Ctenus**, an *trabifer* Thor. ♀ jun. — Ceylon. (?).

Cephalothoracis vittâ medianâ latâ in parte superiore valde constrictâ et ibi nigro marginatâ, in parte inferiore, ad thoracem triangulo nigro impositâ. Ventre, cum sterno coxisque, nigerrimo.

83. **Ctenus** ♀. — Ceylon (?).

C. valvulari (mihi) subsimilis. Genitalis « valvulâ » quantopere variante. Confer van Hasselt, in *Expeditie Midden-Sumatra*.

NB. De hisce Lycosoidis, — etsi forsitan non raris, — tamen, n°. 76 et 77 exceptis, modo singula adsunt exemplaria.

84. **Ctenus** (an *Phoneutria*?) *Pollii* ♂, nov. spec. — Sumatra.

Longitudo 22 mm. (cephal. 12, abd. 10).

Pedes 4, 1, 2, 3.

Cephalothorace oblongo-ovato, supra plano, lato, longiore autem quam latiore, thorace ad basin abrupte declivi, breve-piloso, fusco-nigro, cum vitta medianâ longitudinali, sat latâ et fere aequali, pilis brevibus albo-argentis (capite excepto, pro magnâ parte abrasis), ornata. — Oculi 2 antici sat magni; 2 intermedii iis tamen paulisper maiores; hisce 4 in fere perfecto quadrato; series intermedia non plane recta, sed tantillum procurva, ejus lateralibus flavescentibus, omnium minimis; 2 postici, inter sese longe remoti, lateralibus seriei mediae proximi, iis sed non multo maiores. — Clypeo minimo. — Mandibulis fortibus, longioribus quam latioribus, modice convexis, perpendicularibus, nigris e purpureo submicanibus, nigro-pilosis, sed parum et modo ad apicem, breve rubro-barbatis; earum unci validi, modice longi, nigri. — Maxillis semilunaribus, fuscis; labio piceo, nitido, ad apicem rotundato et ibi breve albo-piloso. — Sterno rotundato-ovato, fusco, quoque sed breve nigro-pilos. — Abdomine oblongo-ovato, cephalothorace

multo minus lato, fusco-nigro, piloso, cum vitta medianâ latâ, ad basin et ad apicem flavescente; parte hac basali flavâ, utrinque duobus punctis nigricantibus notatâ; vittae pars media consistit e maculis 4 transversis, ad latera incisis seu sinuatis, et ad longitudinalinem secum connessis, ita foliorum ramulum simulantibus; pilis tomentosis griseo-albis subargenteis (in exemplare siccato) ornata est; primum aut basale horum foliorum seriei utrinque uno punto nigricante, ut supra dictum, insignitur. — Ventre in medio nigro, cum duabus seriebus longitudinalibus punctorum parvorum luteorum, in centro saturati impressorum (quasi pupillatis); versus basin observantur duo puncta majora albo-argentea et supra illa, inter scuta pulmonalia, adhuc singulae maculae flavescentes, minus distinctae. — Mamillae exiguae, breves, nigro-fuscae, parum visibles. — Pedes longi et sat fortes, nigro-fusci; subtus, ad articulos quasi semi-annulo albo praediti, modice pilosi, longe sed non crebro aculeati; tarsi longi, biunguiculati. — Palpi longi magis pilosi, nigro-fusci, ut pedes subtus ad articulos albescentes; pars tibialis extus cum forti processu transverso, parumper sursum curvato, obtuso, sed ut videtur apice bifido; bulbi laminâ oblongo-ovatâ, tam supra, ad basin, processui tibiali vicinam, quam subtus ipso bulbo, in medio, dente conico provisa, hoc illo multo validiore.

Exemplar unicum. (Confer pro denominatione « Prologum » in fine).

85. An praecedentis ♀ jun.? — Sumatra.

Longitudo 16 mm. (cephal. 8, abd. 8).

Pedes 4, 1, 2, 3.

In toto laetioris fusci coloris, ceterum tam conformatio-
ne generali, quam picturâ (ejus indumento argenteo
excepto) mari similaris.

Diffferit, inter alia:

Oculis mediis seriei medianae anticis adhuc majoribus. —

Vittâ cephalothoracicâ (plus minusve abrasa) minus aequalis latitudinis et non albo-argenteâ sed lutescente. — Mandibulis et illorum uncis minus nigris et hisce ad basin rubris. — Labio non piceo sed, uti maxillae, fusco. — Sterno magis rotundato quam ovato. — Abdominis vittâ dorsali totidem ejusdem picturae foliatae, vero non griseo-albi argentei, sed tote aurantia co-flavi coloris. — Ventrâ descriptio huic promare datae exacte respondens, solummodo duo puncta majora versus basin quidem alba, sed non argentea. — Mamillae quoque breves, melius visibles, coloris testacei; omnibus aequâ longis, inferioribus crassioribus. — Pedes minus elongati, sat fortes. — Palpi quoque longi, normales, cum unguiculo tarsali distincto. — Genitale nondum evolutum.

In pluribus exemplaribus, cum mare, ex eodem dictae insulae loco; fere omnibus adhuc minus maturis et plus minus abrasis aut mutilatis.

86. **Ctenus argentipes** ♂ spec. nov. — Sumatra.

Longitudo 16 mm. (cephal. 8, ahd. 8).

Pedes 4, 1, 2, 3.

Habitu generali mari *C. Pollii* similis, sed multo tenerior. — Cephalothorax, cum clypeo brevi, saturate fusci coloris; ejus vitta medianâ non aequali, sed in medio constrictâ, laete fusca, hic illic cum vestigiis pilorum alborum argenteorum. — Oculi differunt in eo, quod medii seriei medianae duobus anticus adhuc sunt maiores, illisque non in quadrato, sed in trapezio, postice latiore, positis. — Mandibulae minus fortes, intus ad margines magis rubro-barbatae; uncis aequâ validis, sed rufescensibus; maxillae conformes; labium non piceum sed fuscum, apice non rotundato, sed magis triquetro et antice non albo-piloso. — Sternum laetius fuscum et brevius nigro-pilosum. — Abdomen conforme, sed in medio dorsi aliter pictum; etsi ibi quoque figura ramuli-

formis, ast multo minus distinete, dignosci possit, haec, in toto, magis est coloris albo-grisei, subargentei, atque ad foliorum interstitia ita e fusco nigricat, ut zona haec mediana, primo adspectu, ad latera, utrinque, 4 parvis striis transversis ornata videatur. — Venter picturae analogae, sed intra series albo-punctatas, duae aliae, minus expressae, iis inclusae adsunt. — Mamillae, hic luteae, minus breves, posticis aequo longis ac antici, sed paululum crassioribus, ante eas, in parte ventrali, nigricante, utrinque parva stria transversa lutescente, prope apicem, notatur. — Pedes, relative quoque longi, multo sunt teneriores, supra obscure fusci, subtus, praesertim ad coxas, et cum hisce, laete fusci, femoribus III et IV paris, itidem subtus, saturatus fusci, late semi-annulati vel maculati; tibiis, praesertim supra, pulchre et dense, sed non longe, argenteo-albo pilosis (pare III, ut videtur, excepto). — Palpi paulo minus longi et pilosi, horum processus tibialis est similaris, sed magis dentiformis et ut videtur non bifidus; processus ad bulbilaminam basalis multo longior et magis incurvatus, quasi calcaratus, calcare hoc postrōsum versus dentem tibialem inclinato.

Unicum tale exemplar; singula alia, quoque masculina, aderant immatura et valde abrasa.

NB. Ut bene pedum indumentum argenteum characteristicum distinguere valeas, aranea, prudenter ex alchole sumta, in statu sicco observanda.

OXYPOIDAE.

87. **Oxyopes (Sphasus) striatus** s. *striolatus* Dol. ♀. — Java.
Communis.
88. **Oxyopes (Sphasus) macilentus** L. K. ♀ var. — Ceylon.
Confer *Ar. Austral.*, Tab. 87, fig. 4.
Abdominis dorso aureo-flavo, cum quatuor lineis ad

longitudinem fuscis et sine striis obliquis in lateribus.
Ventre nigricante.

89. **Oxyopes (Sphasus) thalassinus** C. K. ♀. — Ceylon (?).
Confer *Die Arachniden*, Bd. 15, fig. 1456.

Statim autem animadvertere debo, Kochium ibi dedisse figuram cum descriptione novae *Sphasi* speciei aliae originis, non orientalis, sed ex India occidentali (St. Domingo). Nemo tamen, comparatione factâ, negabit, tam hujus habitum generalem, quam picturam et colorem, — viridem pro abdomen, roseo partim quoque pro pedibus intermixtum (hoc alcohole valde deleto, sed ad femora plus minusve persistente), — cum specimine nostro magnopere convenire! In hocce vero desiderantur « die gelbliche Schiefrichchen » ad latera abdominalis. Loco « zwei schwarze Punkte » ad cephalothoracem, nobis horum plura adsunt. Mamillae, nobis totae virides, Kochio describuntur « rostgelb mit grünlichem Anstriche ». Quum ejus figuram cum suâ descriptione, — non huic ex omni parte respondentem, — strenue comparaverim, rationem non videbam, pro dictis differentiis minus essentialibus, ac diversâ Patriâ, nostram araneam ad « novam » ducere speciem.

Unicum pulchrum exemplar. Rarissimum.

A T T O I D E A E.

90. **Marptusa (Icius?) convergens** Dol. ♀. — Java.
Quoad abdominis picturam *Menemero foliato* L. K. similis.
91. **Maevia roseo-limbata** ♀ jun. — nov. sp. — Ceylon.
Ne commutes cum *Saltico roseo-fasciato* Dol., hujus thorace solo, et quidem transversim, rubro vittato.
Longitudo 8 mm.
Clypeo niveo. — Oculorum quadrangulo griseo. — Cephalothorace, cum partibus oris, palpis, sterno, ventre, pedibus et maxillis albo-luteis, thorace insignito duabus

vittis longitudinalibus, ab oculis posticis, basin versus, aliquantulum convergentibus, parum distincte rubescens-tibus. Abdomine subargenteo-albo, in dorso cum duobus limbis subsinuatis, longitudinalibus, ad latera versus apicem nigro-stictis, pulchri rosei coloris.

92. **Menemerus (Plexippus) Paykullii** Aud. ♂. — Sumatra.

= *Plexippus ligo* C. K. et *Attus africanus* Vinson; quoque distincte depictus in *Ar. Austral.* L. K.

Pulchrum et unicum exemplar, attamen sat communis dicitur.

93. **Plexippus janthinus** C. K. ♂, fere maturus. — Java.

Valde quoque ejus *guttato* accedens.

Exemplar optime conservatum.

Minus rarus.

94. Idem. — Ibidem.

Varietas magis cupreo-metallice micans.

95. **Plexippus viduus** s. **albo-limbatus** C. K. ♀ — Ceylon.

96. **Phidippus** ♀ jun. — Ceylon (?).

An *purpurifer* C. K.? Si non, *P. erythrogynathum* dicere vellem ob rubrum mandibularum colorem.

97. **Hyllus giganteus** C. K. ♀. — Java.

= *Attus cornutus* Dol.

Specimina pulchre conservata. Ceteroquin hujus speciei, minus rarae, plura aderant exemplaria.

98. Idem ♀ jun.

99. **Hyllus** ♂. — Ceylon (?).

Medium mihi tenere videtur inter *Plexippum tricolorem* C. K. et *P. orichalceum* C. K.

Dorso abdominalis vittis longitudinalibus rubris et viridis alternantibus. Notandum vero, dictas Kochii araneas aliam habere Patriam, scil. Mexico.

Maximam differentiam observo in mandibulis et pedibus. — Iliis subtus prope maxillas dente valido instructis, et, ut in *Hyllorum* maribus, — Koch solummodo de feminis agit! — fortiter divaricantibus, uncis nigricantibus

perlongis armatis. — His multo minus vel non annulatis et I pare magis distinete et longe nigro-fimbriato, non solum subtus ad tibias, sed quoque ad patellas et metatarsos.

Adspectu superficiali nostro specimini plus minusve similaris videtur meus *Attus Croesus* (*Tijdschr. v. Entom.* XXXI, p. 196), hujus autem cephalothorace non alto, sed «plano», et denuo «Patria» alia (Guyana Hollandiae).

NB. In luce solari observari debet, ut ejus color metallicus, aureo-viridis, tam ad cephalothoracem quam ad abdominis dorsum, melius eluceat. Kochio pro suis *Plexippis* describitur ut «prachtvoll metallisch glänzend grün-golden» et, adhuc proprius, ut «Entenhalsig grün».

Perpulchrum exemplar. Sin novae sit speciei, *Hyllus splendidissimus* dici meretur.

100. **Homalattus** (sub *Salticus*) **bufō** Dol. ♂. — Java.

In exemplari unico, quamvis partim mutilato, tamen perfecte dignoscendo.

Rarus.

101. **Acompose concinnus** L. K. ♀. — Ceylon.

Conf. *Ar. Austral.*, Tab. 112, fig. 7.

Thorace flavo, valde eleganter, radiatim fusco-nigro striolato.

Valde rarus et perpulcher.

102. **Attus** ♂. — Ceylon (?).

E longinquo non sine analogiâ cum *Acompose valido* L. K., *Ar. Austral.*, Tab. 116, fig. 4, fronte et oculis ex aurantiaco-rubro pilosis, tibiis et metatarsis I paris, solito crassioribus, perlonge fimbriatis.

Valde rarus.

103. **Attus** ♀. — Java (?).

Euophrys ancillae C. K. ei subsimilaris, — ast aliam habet Patriam! (Brasilia).

NASCHRIFT.

Nadat vorenstaande lijst reeds voor de pers in gereedheid was, bracht onze reiziger mij nog verscheidene andere, reeds aanwezige exemplaren, allen uit Sumatra, die bij de eerste toezending, door eene vergissing, waren achtergebleven.

Daaronder vond ik nog de volgende soorten:

EPEI OIDAE.

104. **Plectana Hasseltii** C. K. ♀ jun. — Sumatra.

= *helva* Blw. et *pictospina* mihi.

Certe *praetextatae* Dol. (vid. n°. 4) analoga.

105. **Epeira caput lupi** Dol. ♀. — Sumatra.

Pulchrum exemplar, solito magis nigricans.

106. **Epeira** ♀ nondum matura. — Sumatra.

Aperte ad *Epeiras* minores « caudatas » pertinet. Pro ēā dubitavi, an esset Thorellii *macrurae* varietas, sed ab hac nimis discrepat. Anne forsan *caligatae* Thor. (*Studi* IV, 1, p. 176) varietas? Pictura dorsi abdominis pulchre albo-subargenteo striolata, sat complicata.

107. **Meta (Argyroepeira) nigrotrivittata** Dol. (Thor.).
(Conf. n°. 31). — Sumatra.

Minus communis quam *celebesiana*; modo in duobus exemplaribus, pedibus partim mutilatis.

108. **Nephila Kuhlii** Dol. ♀ (Thor.). — Sumatra.

Sine maculis striisque numerosis, in valde affini *maculata* obviis.

In uno exemplari solito minore, nondam plane evoluto.
Rarior.

HETEROPODOIDAE.

109. **Palystes melanichnys** Thor. ♀. — Sumatra.

Valde affinis Thorellio dicitur *P. Kochi* E. S. Confer Thorell, *Aracnidi di Nias*, p. 53 et Simon, *Révision des Sparassidae*, p. 45. Hic, de specie suā, — nostro exemplari convenienter, — animadvertis: « Espèce re-

marquable par son céphalothorax fortement convexe dans le milieu». Thorell in sua diagnosi, — itidem nostro exemplari convenienter, — mentionem facit «de céphalothoracis linea medianâ longitudinali nigricante». In nostro quoque metatarsi et tarsi «subter totis nigris» (Thor.).

Rarus.

THOMISOIDAE.

110. **Phrynarachne Kannegieterii** nov. sp. ♀ (?). — Sumatra.

Longitudo 14 mm. — Pedes 1, 2, 3, 4.

Statim quum singularissimam hancce inspiciebam araneam, mihi plane incognitam, aperte ad sclerodermes rugosas pertinentem, Walckenaerii familia «des Crustacéides» mihi in mentem venit. Inter figuras quas comparare potui, solum haec *Thomisi foka* Vinson, ut et hujus auctoris diagnosis, adhuc plurime nostro exemplari respondet (conf. *Aranéides de la Réunion*, etc. 1863, pl. XIV, fig. 4). Hujus vero rugae et tubercula, inter alia, nimis ab his in nostro differunt. In hac *Botryogastri coerulescentis* Dol. (2^{de} Bijdrage) quoque procursus abdominales nimis breves sunt. E contra in figurâ *Cladonoti Jobiensis* Thor. («Duo ragni esotici» etc. in *Annal. d. Mus. civ. di Genova*, vol. IX, 1877) comparative, hi processus, nostro multo longiores, aliam formam et directionem habent. Hisce tamen figuris duabus et praecipue Thorelli monito (*Studi*, IV, 2, p. 92), tandem cognovi, individuum nostrum ad suum genus *Phrynarachne* duci debere. Praeter dictum *Thomisum fokam*, quem huic speciei adscribit, modo tres alias, ei plus minusve comparabiles, inveni, scilicet *P. Ceylonica* Cbr. (*Studi* citati p. 91), *P. cucullata* E. Sim. («Espèces et genres nouveaux d. l. Fam. d. Thomisidae», in *Extr. d. Actes d. l. soc. Linnaéenne d. Bordeaux*, vol. XL, p. 14, 1886) et

P. papulata Thor. (*Spindler f. Nikobarerna* etc. p. 95, 1891). Pro harum primâ et secundâ, — ambabus nostrae minoribus, — inter alia, mentio sit de « tuberculis sat altis angularibus in fronte », nostrae alienis. Tertia vero, *papulata*, Sumatrae incola, nostrae, e Palembang, quoque in hac insulâ, aliquomodo magis congruere mihi videtur, saltem quoad longitudinem corporis, femorumque scabriiem, tibiarum peculiarem, aperte sursum et foras curvatum, structuram, etc. Nihilominus plures adhuc observavi differentias. Sic pro descriptione ejus procursum ad cephalothoracem et abdomen ubique terminis « pustularum », « tuberculorum », « granorum » et « granulorum » utitur. Iisdem quidem, in minimo gaudet superficies cutanea nostrae araneae, ast praeterea, tam ad totum corpus, quam ad pedes, praesertim anteriores (ibi minus altae), plures aliae observantur eminentiae longiores, conico-acuminatae, pilo singulo, brevi et tenui ad apicem instructae, melius cum dentibus, quam cum « papulis », « pustulisve rotundatis » comparanda. Horum dentium, diversae magnitudinis, dispersio porro non « inaequalis » est, sed saltem partim, utrinque valde regularis. Sic ad cephalothoracem, in medio, ad longitudinem profunde insectum, 5 ad 6 variae altitudinis duas constituunt series ad latera sectionis longitudinales, et quoque ad abdomen, inter plures minores, in medio 2 vicini adsunt, ceteris altiores et fortiores. Ad marginem abdominis basalem dentes sunt minores, quam ad latera et in primis quam ad apicem. Hic, quidem truneatus, ceteroquin ad angulos consistit ex duobus lobis, sat elevatis, rugoso-rotundatis, vallo separatis, et dentibus sat fortibus regulariter superstructis. Color dein quoque differt, non « niger » sed laete fuscus, — pro pedibus imo subflavescens, — et absque picturâ quâdam « maculatâ ». Coxae non solum « anteriores » sed omnes e fusco nigrescunt. Tibiae apice non « latissime » ni-

grae. Pedes postici non «toti nigri», sed solum, ut et ceteri, ad tarsos et metatarsos, e fusco nigri. Aculei tarso-metatarsales non sunt «nec longi nec fortes», sed sat validi et, pro pedibus anterioribus, pulchre pectinati.

Sin ob has aliasque differentias hic habeamus speciem alienam, inter *fokam* et *papulatam* (et forsitan *cucullatam*) locandam, pro illâ nomen *Kannegieterii*, in laudem peritissimi nostri peregrinatoris citati, proponere vellem.

Extraordinaria. In uno modo exemplari.

LYCOSOIDAE.

111. **Ctenus fimbriatus** Wlk. ♀. — Sumatra.

Rectissime de illo observat hic auctor: «Cette espèce ressemble tellement au Dolomède bordé (*fimbriatus*), qu'au premier coup d'œil on peut le confondre avec cette aranéide».

In uno pulchro exemplari.

Rarus.

ATTOIDAE.

112. **Phidippus (?) keratodes** mihi, ♀. — Sumatra.

Magnum individuum (plenum), 12 mm. longitudinis. Abdominis dorsi pictura aliquantulum variat. «Cornua» distincta. (Confer *Exped. Midden-Sumatra*, p. 49, Tab. III, fig. 9).

Rarus.

113. **Plexippus succinctus** C. K. ♂. — Sumatra.

Variat femoribus I paris et partim quoque laminâ bulbi solito magis rubescens.

Rarus.

114. **Marptusa** (sub **Salticus**) **sexpunctata** Dol. (Thor.) ♂ var. (?). — Sumatra.

Cum Thorellio facio, huic *Acompsa dulcinervis* L. K. in multis congruere. Confer praeter *Studi, Ar. Austral.*,

Tab. C, fig. 1. Nostrum exemplar autem unicum nullae horum trium auctorum diagnosi exacte respondet.

115. Attus (Amycus?) praemandibularis nov. sp. ♂. — Sumatra.

Longitudo fere 10 mm.

Habitu generali huic in *Amyco* aut *Cocalo* C. K. similaris.

Oculis lateralibus seriei primae non ad latera mediorum maximorum, sed magis valde oblique pone hos positis. Oculis secundae seriei, minimis, prope laterales anticos sitis. Oculis posticis lateralibus primae seriei duplo majoribus. Omnibus, — minimis exceptis, — breve ex aurantiaco ciliatis. Cephalothorace, cum mandibulis (vide infra NB.) et unguibus, e rubro-fusco, nitido, plagâ oculari ex aureo submicante. Sterno oblongo, luteo. Palpis extraordinarie longis, tenuibus, cum clavâ, valde simplici, albescentibus. Maxillis et labio luteis, solito multo longioribus quam latioribus. Pedibus sat longis; pare I ceteris longiore et fortiore, cum II, ad tibias et metatarsos longe sed minus crebro aculeato; pare I et II fuscis, III et IV albo-luteis. Abdomen multo longius quam latius, quasi anguste lanceolatum; ejus dorso in medio ex viridi cupreo nigricante, ad latera inde a basi usque ad apicem, e sanguineo rubro zonato; ventre concolore, nigro-griseo. Mamillis longis parallelis, nigricantibus.

NB. In relatione ad meam denominationem, de mandibulis hujus *Atti* mentionem facere debo speciale. Non solum sunt longae, porrectae et divaricantes, sed singulari modo, prolongationem habent sat latam, triquetram, antrorsum et extrorsum versus, subdenti-formem et ad apicem breve mucronatam, pae aut ante locum, ubi, interne, unguis oriuntur.

Ut videtur extraordinarius.

116. Attus (Hasarius?) bistratus nov. sp. ♀. — Sumatra.

Longitudo 7,5 mm.

Habitu generali huic generis *Euophrys*, aut magis adhuc *Hasarius* C. K., sat similaris.

Cephalothorace, cum mandibulis, flavo, nitido, plagâ oculari nigerrimâ; palpis, sterno et pedibus magis e flavo luteis, concoloribus. Ab domine, cum ventre concolore, e griseo-luteo, ejus dorso, in medio albescente, fere a basi usque ad mamillarum latera, duabus striis, in medio aliquantulum crassioribus, rectis et parallelis, fusco-nigris ornato. Mamillis aequalibus, sat longis, fuscis. Genitale simplex. Receptacula seminis ordinaria fusca, apice obiter nigro tincta; antice annexa sunt excavationi parum profundae, longitudinali, indistincte bipartitae, luteae.

NB. Quoad picturam dorsalem bistriatam haec minime convenit illae L. Kochio pro suo *Hasario lineato* datae (*Ar. Austral.*), sed multopere cum hac in suâ *Ergane scutulata* (*Ibid. Tab. cviii, fig. 6*), ambobus autem a nostro exemplari pro ceteris nimis diversis.

117. Attus (Maevia) margaritaceus nov. sp. ♀. — Sumatra.

Longitudo 7 mm.

Habitu generali huic *Maeviae sulphureae* L. K. similaris.

Oculatio vero fere uti pro *Atto praemandibulari* descripta. Oculis autem solummodo anticis ex aurantiaco ciliatis et ceteris maculis magnis nigris impositis. Plagâ oculari ex margaritaceo argenteo micante. Clypeo niveo. Fere toto (thorace, magis e flavo luteo, excepto), cum mandibulis, palpis, sterno, pedibus et mamillis, e luteo-albo, concolore, parum piloso. Ab domine (an plus minus abraso?) ex margaritaceo submicante. Genitale simplex. In plagâ quadrangulari, leviter bipartita, subelevata, flavescente, ad angulos anticos, adsunt spermathecae ordinariae, exiguae, fuscae.

NB. In luce solari haec aranea observari debet.